

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca  
Harmonico-Biblica**

**Alard, Nicolaus**

**Hamburgi, MDCCXXV**

**VD18 10490701**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17504**

VIRO  
ILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**GEORGIO HOL-**  
**MERO,**

REGIÆ CELSITUDINIS  
SERENISSIMI PRINCIPIS  
REGNANTIS

**CAROLI FRIDERICI**

*DUCIS SLESVICI ET HOLSATIÆ*  
IN SUPREMO TRIBUNALI, SUMMOQUE SENATU  
ECCLESIASTICO PRÆSIDI,  
PATRONO ET MÆCENATI SUO  
DEMISSO ANIMI CULTU SUSPICIENDO

*s. p. d.*  
NICOLAUS ALARDUS.

**N**eque diu nec anxie mi-  
hi deliberandum fuit,  
): ( 2                    **VIR**

VIR ILLUSTRIS atque  
EXCELLENTISSIME, cui  
opellam hanc , subsecivis  
horis elucubratam , potissi-  
mum dicarem. Illustre TU-  
UM nomen fronti ejusdem  
inscribendum duxi, hujus-  
que mei consilii rationes tri-  
bus, ut ajunt , verbis perse-  
quar. Pietatem & Justiti-  
am , quas alii in Symbolo  
præferunt, TU, PRÆSES  
Sacerdotum tam Pietatis  
quam Justitiae , re & opere  
com-



comprobas, animusque TU-  
US, supremi Numinis amans,  
scriptis , Pietatem & Justiti-  
am spirantibus, delectari qui-  
dem, satiari nunquam pot-  
est. Fidissimæ TUÆ & de-  
sideratissimæ Conjugis p. m.  
Proavus maternus, Wilhel-  
mus Alardus , ex paterna  
gente & meus salutatur, ma-  
xime autem mihi gloriæ du-  
co, incomparabilis Matro-  
næ virtutibus effectum esse,  
ut plus splendoris posteris

):( 3                      suis

et 100



fuīs tradidisse, quam à Ma-  
joribus accepisse jure meri-  
to dicatur. Quod ad me at-  
tinget, TUA, VIR ILLU-  
STRIS atque EXCELLEN-  
TISSIME, sunt in meā te-  
nuitatem edita gratiæ docu-  
menta non una, ut adeo  
hominum sīm ingratissimus,  
nisi Clementiam TUAM  
omni studio, omnique cor-  
poris & animi contentione  
confirmem. Fuere & aliæ  
mihi causæ, quas nihil ne-  
cessē



cessē habeo pluribus perse-  
qui , id saltem etiam atque  
etiam mihi expetens : Ac-  
cipe , VIR ILLUSTRIS  
atque EXCELLENTIS-  
SIME , hunc parvum la-  
boris mei fructum vultu se-  
reno , hoc est , TIBI pro-  
prio , meque porro meos-  
que Præsidio TUO tegen-  
dos puta . DEUM , regno-  
rum Præsidem , veneror ,  
ut nihil habeas , quo gra-  
veris senectutem , sed fal-

):( 4                    vus



vus & incolumis quam di-  
utissime præbeas exemplum,  
quod omnes imitentur.  
Scripsi Steinbecæ , Idibus  
Maji. Anni Christiani  
**MDCCXXV.**

**AD**





## AD LECTOREM.

**A**ntequam ad evolvendam hanc  
Bibliothecam Te accingas,  
L. B. docendus paucula es, de in-  
stituti mei ratione. Edidi ante tri-  
ennium *Decadem Alardorum scri-  
ptis clarorum*, experturus hoc ante-  
ambulone, quæ fata, quæque  
sibi sidera præsens labor polliceri  
posset. Sequitur nunc præter Hi-  
storiam Harmonico-Biblicam, hoc  
modo ab aliis, quantum scio, ha-  
)( 5 ete-